



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 101. Parisiensis Senatus Turonium translatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

rebelles castigari mallent. Sub idem <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 tempus Rex omnibus Principibus, Pro- <sup>A.C. 1589.</sup>  
 ceribus, atque ex Regni sui Nobilitate  
 præcipuis mandabat, ut intra duodeci-  
 mam Mensis Martii diem unacum suis  
 copiis Regem adirent.

§. CI.

*Parisiensis Senatus Turonium trans-*  
*latus.*

Præquam Rex Blesis discesserat, alio <sup>Thuan. l. c.</sup>  
 edito Parisiensem Senatum, ac <sup>Mem. l. c.</sup>  
 ærarii Curiam Turonium transtulit, om- <sup>pag. 239.</sup>  
 nibusque Præsidibus, ac Senatoribus,  
 quocunque demum loco essent, injun-  
 xit, ut nulla mora ad hanc urbem con-  
 tenderent, ibidemque sua munia exer-  
 cerent: insuper litigantium partibus in-  
 hibuit, ne coram aliis Judicibus com-  
 parerent, indicta doli pœna in eos, qui  
 hanc legem transgressi fuerint. Postea  
 Rex illos, quos captos tenebat, in tuto  
 collocari iussit, quapropter Borbonium  
 Cardinalem valido milite stipatum ad  
 Cainonensem arcem Vigenna flumine  
 vehi, eumque Francisci Caviginii, qui hu-  
 jus arcis Governator erat, custodiæ com-  
 mitti præcepit: Ellobovius vero Dux a  
 Gaillardo Sallermio custodiendus Lo-  
 chiam deducebatur, ac Jonvilla Prin-  
 ceptur Turonensi archi inclusus Rouoreo  
 cujusdam centuriæ Tribuno tradebatur,

Xx 4

& de-

Sæcul. XVI  
A.C. 1589.

& denique Lugdunensis Archiepiscopus unacum pluribus aliis in Ambasiana arce, cui Guastus præerat, subsistere cogebatur.

Demum edictum, quo Senatus transferebatur, die vigesima secunda Aprilis promulgabatur, ac paulopost Rex de nominandis hujus Curie Ministris cogitabat: cum autem Riomagensis in Alverniis pariter seditionem concitarent, Rex aliud edictum promulgare cogebatur, quo Francisci ærarii tribunal Claromontium fuit translatum. Alio etiam edicto Rex Maduani, & Aumali Ducum, omniumque fœderatorum, qui in rebellibus urbibus permanerent, bona proscripita, Regisque ærario adjudicata declarabat, adjecto mandato, ut hæc bona plus offerentibus publice venderentur, ac pecuniæ exinde hausta in belli sumptus impenderentur.

§. CII.

*Aliud Navarræ Regis edictum.*

*Thuan. l. 95.  
Mem. de la  
Lig. t. 3.  
pag. 239.*

Denique Rex unius anni inducias cum Navarræ Rege sanciebat, qui libenter huic pacto annuens, mentis sue declarationem die vigesima nona Aprilis ad Senatus acta referri concessit: priusquam vero id fiebat, idem Navarræ Rex aliud vulgabat edictum die decima Aprilis Sanmurie datum, quo eos